Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

michi in filios et filias dicit omnipotens. Has igitur habentes promissiones
karissimi: mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus perficientes sanctificationem in timore dei per dominum nostrum. S. mathm
Mall. c. viii. Venit ad ihm leprosus deprecans eum
et genuflexo dixit. Domine: potes me mundare.
Jhs autem misericors eius extendit manum
suam: et tangens eum ait illi. Volo mundare. Et cum dixisset: statim discessit ab eo lepra
et mundatus est. Et comminatus est ei. Statimque eiecit eum: et dicit ei. Vide nemini dixeris: sed vade ostende te principi sacerdotum. et
offer pro emundatione tua que precepit moyses
in testimonium illis. At ille egressus cepit predicare et diffamare sermonem. ita ut iam non
posset manifeste in ciuitatem introire. sed foris in desertis locis erat. Et conuenebant ad eum
undique. Feria vi. Ad thymotheum.
Karissime. Presbiteri qui bene presunt duplici
honore digni habeantur: maxime qui laborant
in uerbo et doctrina. Dicit enim scriptura.
Non infrenabis os bouis triturantis: et dignus
est operarius mercede sua. Adversus presbiterii
accusationem noli recipere: nisi sub duobus aut
tribus testibus. Peccantes coram hominib: